Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26488
Copyright: Admont, Benediktinerstift



non sit uirtus propter illud apli. si habeo uero omnem fidem.
caritatem non habeam nichil sum. ubi innuit. quod fides sine caritate
haberi possit. sed nulla uirtus sine caritate potest esse. sane tamen
potest dici. quod fides operans per dilectionem. sit uirtus. sine dilecti
one non est uirtus. si opponitur. tunc sunt due fides. tamen non due.
sed eadem aucta. unde illud. ad auge nobis fidem. ut enim ieroni
mus dicit. quantum credimus tantum diligimus et econuerso. De fide antiqua

Supra dictis est addendum de cognitione fidei quam antiqui
patres habuerunt. et quomodo aucta sit per legem moysi. et per le
gem euangeli. et est fides aliquando parua cognitione et magna con
stantia uel de uotione. ut in muliere cui dictum est. O mulier mag
na est fides tua. aliquando magna cognitione et parua constantia
ut in petro. quando negauit. et in nobis etiam que non adeo placet
deo. et quia non potest esse fides penitus sine cognitione. licet non perfecta.
deus sic ab initio suam notitiam temperauit. ut sicut numquam totus potuit com
prehendi. sic numquam potuit prorsus ignorari. non ideo totus uoluit ma
nifestari. ut fides haberet meritum. nec totus occultari. ut infi
delitas de ignorantia non excusaretur. et est quedam cognitio fidei.
sine qua nullo tempore potuit salus esse. et cognoscere deum esse
et remuneratorem sperantium in se. iuxta illud apli. Oportet acce
dentem ad eum credere quia est. et quod remunerator est sperantium in se.
sed cum deus inuisibilis sit iuxta illud iohannis euuangeliste. deum
nemo uidit unquam. et quomodo cognosci uideri potuit. uel arti huma
na ratione. parti diuina reuelatione. que utrumque modum apostolus
ostendit. ubi enim dicit quod notum est dei manifestum est in illis. et non
dicit manifestum est illis. plane ostendit quod in angelis erat unde